





tergi. Culminat ex aliis stellis, initio quidem, australior earum, quae sunt in Aurigae capite, & dextro pede. ultima vero, lucida quae est in anterioribus cruribus Urfae. & lucida medii lateris Argus, quae semicubito circiter antecedit meridianum. Occidit Cetus horis 4, minus octava parte.

Orion. Orione cadente, cum eo descendit zodiacus à Tauri parte 7 ad 30. Culminat à Leonis 12 ad Virginis 13. Prior occidit ea quae est in pede sinistro. ultima vero, earum, quae sunt in Collorobo maximè australes. Ex aliis stellis culminant initio, ea quae est in posterioribus genibus Urfae majoris: & quae ab anstro lucida adjacet, quae est in lumbis. postremo, borealior Virginis humerus. Occidit Orion horis circiter 2.

Orionis fluvius. Cum Orionis fluvio zodiacus occidit à Piscium parte 7 ad Tauri 5 mediam. Culminat à Geminorum 4 ad Leonis mediam 10. Prior occidit antecedens, & lucidissima omnium. ultima vero, quae prima est, & à meridie adjacet Orionis pedi. E reliquis stellis, occasus initio culminant Propus Geminorum, paullulum citra meridianum positus: & Leporis in medio duar. postremo culminant, succedens in tergo Leonis: & quae in posterioribus Urfae genibus, parum citra meridianum sita. Occidit fluvius horis 4, 42'.

Occidente Lepore, descendit cum eo zodiacus ab Arietis 27 media ad Tauri 14. culminat à parte Cancri 30, ad Leonis 21. Prima occidit stella, quae est in anterioribus pedibus, ultima quae in extremitate caudae. E stellis reliquis culminant initio, in Urfae laterculo quae in humeris illius est. & quae in extrema cauda Draconis, item Cor Leonis: & earum, quae in Navis absconite, borealior, paullum antecedens meridianum. postremo culminant, Leonis pes posterior, & quae in posterioribus cruribus, item australissima earum quae sunt in basi Crateris. Occidit Lepus hora 1, 20'.

Occidente Cane, cum eo descendit zodiacus à parte Tauri 11, ad 29. Culminat à Leonis 17, ad Virginis 11. Prior occidit lucida pedum posteriorum, ultima vero, splendidarum, quae sunt in capite, australissima. Stellarum ceterarum culminant initio, antecedens earum, quae in posterioribus Urfae pedibus: & quae in lumbis Leonis, ultima culminant, ea quae in pedibus Corvi: & australior humerus Virginis, citra meridianum situs duabus ferè cubiti partibus. Occidit Canis felfiquiora.

Cum Procyne descendit zodiacus à Geminorum parte 15 ad 18. Culminat ab initio Librae ad 4. Prior occidit stella, antecedens, & duplex, ultima succedens, & lucida. Ex aliis stellis culminant initio, earum, quae sunt in dextro Bootae pede, media, paullo citra meridianum sita: & borealior earum, quae sunt in capite Centauri, semicubito circiter antecedens meridianum. novissimè culminant, quae in extrema est Urfae cauda, paullulum citra meridianum posita, & borealior earum, quae sunt in sinistro pede Bootae. item quae in extrema Hydri cauda. Centauri quoque dexter humerus. Occidit Procyon hora 0, 12'.

Cum Argo descendente zodiacus occidit ab Arietis parte 16, ad Geminorum 18. culminat ab Cancrì 17 ad librae 5. Prima occidit lucidissima, & australissima earum, quae sunt in temone: quam nonnulli Canobum nominant. ultima, borealior earum, quae sunt in malo. Culminant ex aliis stellis, initio quidem australior antecedentium earum, quae sunt in Leonis capite, semicubito ferè citra meridianum posita: & quae in colli Hydri radice, parva ultima culminant, quae in extrema cauda sunt majoris Urfae: & borealior earum, quae sunt in sinistro pede Bootae, semicubito circiter antecedens meridianum. nec non quae in extrema Hydri cauda. tum Centauri dexter humerus, paullulum antecedens meridianum. Occidit Argo circiter horis 5.

De ortu & occasu signorum zodiaci.

Xpofitis hæcenus iis, quae in unufcujusque sideris extra zodiacum positi ortu, occasuque accidunt; deinceps duodecim zodiaci signorum coortus, & occasus explicabimus.

Igitur oriente Cancro, cum eo zodiacus oritur à Geminorum parte 23 ad Cancrì 18. culminant à Piscium 5, ad Arietis 1 mediam. Prior oritur stella,

quae in extrema borea Chela. ultima vero, quae in extremitate australis Chela. culminat verò reliquis è stellis prior lucida, quae est in Andromedae capite. novissima verò præcedens lucidarum trium, quae sunt in Arictis capite, & à meridie Ceto adjacens, circa medium corpus ipsius, experts nominis, & lucida item australior succedentium, quae in laterculo Ceti. nec non pes finifer Andromedae paullulum citra meridianum situs. Oritur Cancer hora 1, & 24 parte.

Cum Leone confendit zodiacus à Cancrì parte Leonis 8 media, ad Leonis 19 mediam. culminat à Piscium 20 ad Tauri 12 mediam. Prior stella confurgit, antecedentium, quae sunt in capite, borealior. postrema verò earum quae sunt in posterioribus pedibus. Ex aliis stellis culminat prima, succedens earum, quae sunt in Andromedae zona: & borealior succedentium in Ceti laterculo. ultima verò, lucidissima Stellarum. & quae in Aurigæ sinistro cubiti flexu, quasi semicubito citra meridianum posita. Oritur Leo horis 3, 15'.

Cum Virgine zodiaci pars oritur, quae est à Leonis 22 ad Librae 8. Culminat à media parte Tauri ad 9 Cancrì. Prima oritur earum, quae in capite sunt, antecedente borealior. postrema, quae est in dextro pede. Culminat ceterarum prior, lucida, quae in sinistro humero est Aurigæ. Postrema verò, lucida, quae est in extremitate Navis: & borealior earum, quae in rictu sunt Hydri, quasi semicubito citra meridianum sita. Oritur Virgo horis 3, 48'.

Quando Chela oriuntur, cum his ascendit zodiacus à Chelorum parte 16 ad Scorpii 16. culminat à Cancrì 18, ad Leonis 11. Prior emergit australior & lucida earum, quae in extremis sunt chelis. ultima verò earum, quae in fronte Scorpii sunt, australior. Ceterarum prima culminat, australior antecedentium earum, quae sunt in Leonis capite; & borealior earum, quae sunt in Argus medio malo. postrema, quae in Leonis dorso sunt, duarum stellarum sublequens. Oriuntur Chela hora 1, 36'.

Cum Scorpio zodiacus à parte 3 Scorpii ad Sagittarii 9 ascendit. Culminat à Leonis 8 media ad mediam 23 Virginis. Oritur prima borealis maxime in fronte politarum. novissimè verò tertia vertebra ab ea, quae est in Centauro, numerata: sexta porro ab iis, quae sunt in pectore. culminat ceterarum prior, lucida quae est in pectore majoris Urfae: & in Hydro quatuor à lucidissima ante Craterem sitarum ab occidente tertia. novissimè Spica; & Centauri sinifer humerus, quasi semicubitali spatio meridianum præcedens. Oritur Scorpius horis 3, demptis 6 scrupulis.

Cum Sagittarius oritur, ascendit cum eo zodiacus à Sagittarii parte 6 Sagittarii media ad Capricorni 18. culminat à parte media Virginis 20, ad Scorpii mediam 9. Prior oritur stella quae est in culpeide. ultima vero lucida, quae est in pedibus posterioribus. Ceterarum stellarum culminat prima, quae est in sinistro Virginis cubiti flexu, paullulum meridianum antecedens. ultima verò, media & lucidissima stellarum, quae in pectore Scorpii. & quae in sinistra manu est Anguiferi. item tertia secundam consequentia signorum ab lucida Coronæ, quasi semicubiti intervallo meridianum præcedens. Oritur Sagittarius horis 3.

Capricorno ascendente zodiacus oritur cum eo à Sagittarii parte 29 media, ad Capricorni 27. Culminat à Librae parte 19 media ad 18 Scorpii. Prior oritur stella borealior lucidarum, quae sunt in genibus, ultima, succedens lucidarum, quae sunt in cauda. Aliarum stellarum medium cæli verticem tenet prior, lucidissima earum, quae sunt in Bootae cingulo: & in Chelis antecedens extrema chela borealis. item lucida, quae in Serpente per Urfae mcante ab extremitate caudæ tertia numeratur, semicubitali spatio meridianum præcedens. ultimo culminat dexter humerus Ingenculæ; & quae à septentrione adjacet ex iis quae in dextro crure sunt ejusdem. Oritur Capricornus hora 1, 50'.

Cum Aquario zodiacus emergit à Capricorni parte 6 Aquarii ad Aquarii 21 mediam. Culminat à Librae 27 ad Sagittarii 7. Prima stellarum oritur antecedens eam quae est in manu sinistra. ultima vero, lucida pedis dextri. Culminat è ceteris prior, quae est in capite Bootae. ultima, borealior



